Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

deserti et concussit quatuor angulos domus que corruens
oppressit liberos tuos et mortui sunt Et effugi ego solus
ut nunciarem tibi Tunc surrexit iob et scidit tunicam
suam et tonso capite corruit in terram et adorauit et di
xit Nudus egressus sum de utero matris mee Nudus
reuertar illuc Dominus dedit dominus abstulit sicut domino
placuit ita factum est sit nomen domini benedictum In
omnibus hys non peccauit iob labys suis neque stultum quid
contra deum locutus est Factum est autem cum quadam die venis
sent fily dei et starent coram domino venisset quoque sathan inter
eos inter eos et staret in conspectu eius ut diceret dominus
ad sathan vnde venis Qui respondens ait Circuiui terram
et perambulaui eam Et dixit dominus ad sathan
Numquid considerasti seruum meum iob quod sit non ei similis
in terra vir simplex et rectus et timens deum ac recedens
a malo et adhuc retinens innocenciam Tu autem commoui
sti me aduersus eum ut affligerem eum frustra Cui respon
dit sathan Pellem pro pelle et cuncta que habet homo
dabit pro anima sua Alioquin mitte manum tuam et tange
os eius et carnem et tunc uidebis quod in faciem benedixe
rit tibi Dixit ergo dominus ad sathan Ecce in manu
tua est veruntamen animam illius serua Egressus igitur
sathan a facie domini percussit iob vlcere pessimo a plan
ta pedis usque ad uerticem eius Qui testa saniem rade
bat sedens in sterquilinio Dixit autem illi vxor sua
Adhuc tu permanes in simplicitate tua Benedic deo
et morere Qui ait ad illam Quasi vna de stultis ·
mulieribus locuta es Si bona suscepimus de manu domini
quare mala autem non sustineamus In omnibus hys non
peccauit iob labys suis Igitur audientes tres amici
iob omne malum quod accidisset ei venerunt singuli de
loco suo Eliphat themanites et baldach suites et sophar
naamanthites condixerant enim ut pariter uenientes
visitarent et consolarentur eum Cumque eleuassent
procul oculos suos non cognouerunt eum et exclamantes
plorauerunt scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput
suum in celum et sederunt cum eo in terra septem diebus et septem
noctibus et nemo loquebatur ei verbum videbant enim dolo
rem esse vehementem Post hec aperuit iob os suum
et maledixit diei suo et locutus est Pereat dies in qua